·f· j·

t misericors et lon-
animis et multe
miserationis. ne
derelinquas me: et
ne auertas faciem
tuam a me quoniam secundum
miserationum: et cle-
mens tu es. Secundum
In illo tempore: Ve- matheum
nit ad ihesum leprosus
deprecans eum: et ge-
nu flexo dixit. Si
uis: potes me mun-
dare. Ihesus autem miser-
tus eius: exten-
dens manum: te-
tigit eum et ait
illi. Volo: mundare
Et cum hoc dixisset:
statim discessit ab
eo lepra et munda-
tus est. Et commi-

natus est ei: et statim
eiecit illum et dixit
illi. Vide nemini dixe-
ris: sed uade et osten-
de te sacerdoti et offer
pro emundatione tua:
que precepit moyses
in testimonium illis.

lum. Non os elegit do-
minus. neque uiam
discipline inuenerunt:
propterea perierunt.
Et quoniam non ha-
buerunt sapientiam:
interierunt propter
suam insipientiam.
Quis ascendit in ce-
los et accepit eam: et
adduxit de nubibus.
Quis transfretauit
mare et inuenit eam:
et attulit eam super
aurum electum. Non
est qui sciat uiam e-
ius neque qui excogitet
semitas eius: Sed qui
scit uniuersa nouit illam
et adinuenit eam pru-
dentia sua. Qui preparauit
terram in sempiterno

tempore. et adimpleuit
eam pecudibus et qua-
drupedibus. Qui e-
mittit lucem et ua-
dit et uocauit eam:
et audiuit eum cum
tremore. Stelle au-
tem dederunt lumen
in custodiis suis:
et letate sunt. Voca-
te sunt: et dixerunt.
Adsumus. Et luxerunt
ei cum iocunditate:
qui fecit illas. Hic
est deus noster: et non
estimabitur alius ab-
sque illo. Hic adinue-
nit omnem uiam dis-
cipline: et dedit eam
iacob puero suo. et
israel electo suo. Post
hec super terram uisus

License: public_domain – Antwerpen, FelixArchief, 2201 # 39, fol. 101v-98r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m70f/8044/63606)